

teret vel juberet repeti, esset utique prestandum, non solum futurum sed & preteritum, secundum Tell. dictio n. 62. & Paul. in l. cum oportet §. sin autem. num. 4. C. de bon. lib. & facium dicta per Anton. Gom. tom. 2. c. 4. num. 21. licet hoc de preterito non usquequaque firmo, ex dictis per Anton. Gom. hic num. 10. & per Alvarado, de consuet. ment. res. lib. 1. c. 2. num. 8. in fine cum sequente. Si ergo ut filius teneatur ad hanc restitutionem, petitio patris vel jussus ejus requiritur, & iis deficientibus vel aliquo eorum cessat restitutio, ergo à contrario si filius mortuo patre percipiente usumfructum bonorum adventitiorum filii valati petat usumfructum hunc, vel peti jubeat, restituendum est omnino ipsi filio petenti, vel jubenti peti, ergo ex argumento eodem convincitur ipse Castillo, item & quia non militat eadem ratio cum filius non repetit a patre vivo, vel cum pater non repetit à filio, sed potius diversissima, quoniam in patre non repetente damus liberam voluntatem, qua quidem cum usus in vita non fuerit, remissile & donasse censendum est, in filio autem respectu patris non liberam, sed coactam reperimus, nam ob patris reverentiam tacebit, & reverentialis hic metus licet non sufficiat ad rescindendum contractum, † contra gloss. communiter reprobata in l. 1. §. qua oneranda ff. quarum rer. actio. non datur, nisi illam intelligis ut per Covar. in 4. part. 2. c. 8. §. 6. num. 4. ad finem, tamen ut non censetur donasse neque remissile usumfructum sufficit metus hic reverentialis filii erga patrem, secundum Suarez allegatio. 24. in principio, ubi inquit quod ille qui non contradicit propter reverentiam, non presumitur consentire, † l. si cum dotem §. si autem ff. solut. matrimon. neque nocet silentium mulieri non audenti contradicere propter mariti reverentiam secundum Bal. in l. si sine, in principio C. ad velle. imo quamvis consanguinei alii tunc adhibeantur, non censetur cessare reverentiam paternam secundum Suarez ubi supra, columna 2. versio. adde Bart. Si ergo damus inter hos casus differentem rationem, igitur non est arguendum de filio ad patrem in hoc casu, præsertim si pater est homo iracundus, terribilis & malæ conditionis, sicut in uxore in simili casu inquit Matth. Afflic. decis. 44. n. 8. & sic inquit Palac. Rub. in rubrica §. 42. & in hac diximus lege, quod si pater ex præbenda filii percepit fructus, tenetur reddere eorum administrationis rationem & filius recuperabit ab hæredibus patris, & sic tenet contra Castil. scilicet, quod licet filius taceat in vita patris, potest ab hæredibus patris fructus hos petere, & sic in facto consulimus concivis noster & ego, absque eo quod unus ab alio de consilio particeps fieret, & cum ipse pius in lucem edidisset, tractatum suum de juramento confirmatorio ibid. in prime parte c. 4. n. 18. cum sequentibus pluribus, produxit prius opinionem hanc quam tenendam credo pro nunc, tu latius eam fundare poteris dum otium habueris.

Ibi, Sin le quedor parte alguna del usufructo dello. Et sic neque commoditas penes patrem remanebit, ex iis verbis, quoniam appellatione usumfructus etiam commoditas venit, secundum Castil. hic, num. 5. licet aliàs si pater non potest uti usufructu bonorum filii, putà, quia

mater sic voluit, vel in similibus casibus de quibus per Doctores in anthemica, excipiunt C. de bon. que lib. & per Anton. Gom. hic, potest tamen tunc uti commoditate dicta † putà si bona hæc consistant in vaccis & equibus, capris, & ovibus quorum ususfructus sunt pulli, & vituli & partus alii ex eis nati, commoditas autem est lac, & lana, & casei ovium, & caprarum, quæ quidem commoditate tunc uti poterit licet usufructu non possit secundum gloss. mag. in l. 5. tit. 17. part. 4. & Suarez in questione majoratus num. 15. pag. 435. & in l. quoniam in prioribus, limitatione 1. num. 10. pag. 109. in specie tamen nostri text. neque commoditate hac utetur pater, & sic verba hæc intelligi possunt, & bene velut alio modo ea intelligi Anton. Gom. hic, num. 6. & Bæca de decur. tut. c. 4. num. 19. & hæc pro hac cætera per commentatores hic videbuntur.

IN LEGEM X. & XI.

Litera Regie continentes, ut mulier aliqua contra voluntatem & invito nubat cum tali, nulla sunt nulliusque valoris & effectus, nullusque dominus, neque debet, neque potest cogere subditum aut subditam contrahere matrimonium cum aliquo.

SUMMARIUM.

- 1 Princeps non potest aliquid statuere quod matrimonii liberum consensum impediatur.
- 2 Statutum tollens libertatem contrahendi matrimonium an valeat, ubi an metus reverentialis impediatur matrimonium.

Ibi, Mandamos que la tal carta. Litera enim contra jus elicite nullo modo sunt adimplenda, ut latè diximus in l. 1. & 3. tit. De las provisiones, lib. 4. supra esse autem contra jus tales literas patet, quoniam matrimonia libera debent esse, neque potest Princeps statuere aliquid quod matrimonii liberum † consensum impediatur, ut examinat Paul. Rub. relatus per Covar. in 4. pag. 2. c. 3. §. 8. num. 6. & preces talis domini (si scire solet in non obediens) justum metum inducant, secundum Abb. in c. fin. qui cler. vel vov. & Alfonso, à Veracrucce, in Speculo conjug. part. 1. articulo 8. de coactione conclus. §. imo & statutum tollens liberam contrahendi matrimonii voluntatem non valere dicitur † Bæca de non melior. filiab. c. 2. num. 1. cum sequi, & an metus reverentialis impediatur matrimonii contractum, vide per Covar. in 4. parte. 2. c. 3. §. 6. num. 3. Anathematizanturque jam domini temporales subditos ad matrimonia cogentes ex decreto 9. Concil. Trid. sess. 24. de quo per Alfonso, à Veracrucce in dicto articulo 8. in fin. & iterum in articulo 7. & in appendice ad Concilium Tridentinum in tit. quomodo intelligatur vox illa anathemat. & hæc pro hoc titulo primo.

TITULUS SECUNDUS.

De las Dotes, Arras, y Joyas.

Hæc quoniam matrimonia non solent esse sine dote, imo dote non existente jam multi matrimonium contrahere fugiunt, propter magna onera matrimonii, solentque arrha & jocalia in matrimoniis intervenire, ideo post titulum præcedentem subsequitur noster titulus, ex quo quidem titulo & rubrica decerpitur, arrhas & jocalia non esse idem, sed diversa, ut in l. sequenti, in gloss. La octava parte, dicemus.

IN LEGEM PRIMAM.

Taxa dotis filiabus prestanda, lex nostra declarata que sit, & alia.

SUMMARIUM.

- 1 Lex nostra & similes taxantes dotes an valide sint.
- 2 Casus plures, ubi excessus moderantur.
- 3 Lex nostra an dotes ante eam constitutas respiciat, & an futuræ, ibidem.
- 4 Lex nostra omnes homines de mundo comprehendit. Ex quo aliquæ ibidem doctrina reprobantur.
- 5 Etiam si pater acquirat generum divitem & nobilem, non potest illi amplam & excessivam dotem promittere, & s.
- 6 Promitti an possit per patrem aut matrem filia dotata & marito ejus quod non meliorabit alios filios.
- 7 Melioratus non dicitur capiens portionem de jure debitam. Meliorata an censetur filia, de cuius legitima in dote constitutione jubet ne deducatur portio aliqua ad majoratum, ibid.
- 8 Meliorata filia ob dotem & pater melioratus an sint tuti in conscientia.
- 9 Juramento an firmetur talis melioratio.
- 10 Meliorari an possit filia pro dote nullis aliis filiis existentibus. Ubi si alii filii nascantur an revocetur talis melioratio, & num. 11. an revocalescat melioratio si alii filii moriantur.
- 11 Omnis probandi an excedat dos nec ne, remissive.
- 12 Lex nostra non procedit in filio masculo, nec in nepte ejus, neque in nepte à filia procedente.
- 13 Extensio de nostra persona ad aliam fieri non debet etiam ex verisimili mente disponentis. Areveto in Recopilacionem, Tom. III.

- 14 Statutum excludens filios à successione non excludit nepotes.
- 15 Donatio simplex facta per patrem filia existente in potestate nulla dote mentione facta an valeat.
- 16 Debita patris aut matris dotantium filiam an sint deducenda ad sciendum an dos excedat nec ne.
- 17 Prohibitum meliorare inter vivos non censetur meliorare ex testamento, nisi, ut ibi. & ibi apponitur nova authoris consideratio.
- 18 Excessus dotis filia constituta, quibus applicabitur personis.
- 19 Creditores patris non possunt agere contra excessum dictum, ubi & an filii, cum sequentibus pluribus, ubi & quid in parte examinatur usque ad num. 26. inclusive.
- 20 Clausula annullans contra factum non operatur si velit ille in cuius favorem posita est.
- 21 Lex ubi resistit impeditur domini translatio.
- 22 Verbum, pietas, dubium est an sit lata sententia.
- 23 Verbum, heredes, quoties agitur de re filiorum, de eis & non de extraneis intelligitur.
- 24 Nullum ipso jure quorises aliquid est ipse qui fecit potest contravenire. Dos promissa ad sciendum an excedat, quod tempus inspiciatur. ibid. vers. 4. & non minus.
- 25 Donatio excessiva revocatur per natiuitatem alterorum filiorum etiam in vita patris donantis.
- 26 Juramento an confirmetur promissio jocalium excedens taxam legis in fine.
- 27 Maritus si habet filios legitimos, & naturales ex alia uxore, non potest in jocalibus ultra quintum dare.
- 28 Jocalia per extraneam data an possint excedere taxam legis nostræ. Fraus legi quomodo fiat. ibid. remissive.
- 29 Annulantur omnes promissiones & obligationes

reſeſo contractu principal. ubi cum n. 31. ampliat.

32. *Cursus longissimi temporis an revalidet nullitatem nostri text.*

ET pro introductione hujus legis querendum est an valeat hujus legis dispositio, & valere defendit optimè contra Hippolitum Covar. in 4. 2^a part. §. 9. num. 3. quem refert & sequitur Baeca, de non meliorand. filiabus c. 2. & Addit. Sequitur in l. coheredi. §. cum filia fol. 45.

Ibi. *Atenta la desorden.* Hæc est principalior ratio decisiva nostri text. ex qua quidem derivatur alia scilicet, ne alii filii legitima sua defraudentur, nam data inordinatione dotium constituedarum, datur & damnnum aliorum filiorum inde proveniens, de qua quidem ratione late tractat Baeca in presenti sub tractatu illo de non meliorand. filiabus. c. 2. licet aliquantum confusè sed in effectu hæc fuit ratio nostri text. scilicet inordinatus numerus dotis, & damnnum ab inde proveniens aliis filiis, & finalis causa & ratio legislatoris fuit evitare damnnum filiorum aliorum opponendo ordinem & restringendo dotium excessus, & fuit sancta & justa, & utilis dispositio.

Ibi. *De las dotes excessivas,* Quas restringi & coarctari julle & prudentissimè sancitum est, prout & multis sanctorum & antiquorum auctoritatibus probat Baeca hic dicto c. 2. num. 16. cum sequentibus aliquibus, & plures casus ubi excessus moderantur vide per Avend. c. 14. prat. numera 3. lib. 1. & vide Minchacam controversarum usufrequentium, c. 5 n. 13.

Ibi. *De agni adelante.* Ex his verbis videtur confundi decisionem Joan. Horoscii in l. Omnes papali, num. 149. ff. de iust. & iur. allegentis dispositionem nostri text. extendi etiam ad dotes constitutas ante hujus legis dispositionem dummodo nuptiæ earum post promulgationem nostre legis sint secuta, quod tamen ex text. nostro reprobat, dotes constitutas post ejus promulgationem respiciente, non vero nuptias, & sic jure optimo reprobat cum Baeca in presenti. c. fin. num. fin. ex verbis iis nostri text.

Ibi. *O persona que tuviere doçientas mil maravedis.* Ex his verbis colligebat Avendaño, c. 14. prat. lib. 1. quem succincte sequebatur Didacus Perez in Repertorio, quod fecit ad pragmaticas Regias antiquas, verbo, Revocar, colligebant inquam, legem nostram non procedere in aliis personis quam in habentibus hæc ducenta millia marapetinarum quolibet anno, non considerantes verba sequentia nostri textus. Ibi. *T mandamos que ninguno,* omnem hominem comprehendere, & quantibet personam si five hanc five aliam, minorem vel majorem summam possidentem, imò & si nullam redditum quotannis habeat, sed res aliquas & patrimonium immobile vel mobile, aut se movens, quia quoties specialibus aliquibus præmissis sequitur aliqua generalitas, nullus excipitur, sed omnes sub illa generalitate includuntur: item quare deberet limitari dos homini redditus hos habenti, & minus habenti non conferretur limitata, certe miserimè ingenii est aliud dicere, & verba legis per corticem

considerare, medullam autem spernere, nam nonnè ita in paucis rebus datur latius aliorum filiorum ex excessiva dote uni filii promissa, sicut in habentibus hos annuos redditus: certe sic, licet non tam gravis summe erit una lesio sicut alia in quantitate, sed in qualitate sic, item quod majori non licet, quare licebit minori? & sic jure optimo opinio illa Avend. & Didaci Perez, reprobata fuit semper & eam reprobant Baeca, & relati ab eo, & est Baeca hic, c. 4. n. 2. & novissimè post hæc Matienço hic, glos. 2. num. 3. qui hanc veterem & receptionem dicit opinionem, & quoties in practica recipitur, & hanc voluit tenere Menesius in authentica, res qua, num. 18. C. communia de legat. & hæc opinio approbata fuit in comitiis de Madrid, anni 1573, c. 37. quod in secunda recognitione nostre recopilationis in subscriptione marginali appositum fuit, verba tamen ejus non inferuntur, ideo ad litteram refero verba in modum sequentem.

Otroſo de çimos, que aunque por leyes de estos Reynos oſta rassiada y limitada la cantidad de los dotes que se han de dar, y prometer, ni sea guardado, ni puede guardarse, a causa del excoço grande que en la vivienda y cosas necesarias para ella ay: y particular, y principalmente, por raxon de la demasia y soltura que se usa en el dar de las joyas, y vestidos al tiempo del casamiento, entodo genero de gente, sporque como cada uno haze la quantà de lo que en esto ha de gastar, no se contenta con menos dote del que para ello es menester, y es causa de perderse y gastarse en ello lo que para vivir, y sustentarse la familia se da en dote, y de que al segundo año, o mes lo buelven a vender forçosamente por la mitad de lo que les costo, y a un de otros muchas inconvenientes, y discontenidos que de ay se siguen: T ansí es necesario poner en ello remedio, y el que a el Reyno pareçia era que V. M. mandasse que ninguna persona pudiesse dar, ni diese joyas ni vestidos dentro del primer año, despues que se desposare ni velare mas de lo que montare la veyntena parte del dote que recibiere, ni los padres, a título de dote puedan dar ni den la dychas joyas, y vestidos en las dychas dotes en mas cantidad que la veyntena parte. T que para que esto se guarde y cumpla, sea obligado el escrivano, ante quien se otorgare la carta de dote a poner en ella juramento del marido, y de la muger de que ni han dado ni daran por si ni por otros dios este ni indireçte mas joyas ni vestidos que los susodichos, ni los recebiran, sopena de perder las arras, y que el dote y arras en que no interviniere el dicho juramento no valga ni haga fe, ni se pueda executar, a V. M. suplicamos assi lo mande ordenar, y pronover.

Açto vos respondemos que en el envieranto que sobre lo contenido en vnestra peticion se mirava lo que convendra pronover. Los del nuestro consejo vean la ley que se hizo en las cortes de Madrid el año pasado de treynta y quatro (que est nostra in presenti) para que los mugeres no puedan llevar en dote mas de lo que les cupiere de sus legitimas, ni la remocion, y hagan guardar, y cumplir, y executar, sin excepcion de personas: y si para que mejor se guarde y exente fuere necesario añadir, o hazer en ella alguna declaracion se haga.

Eccc

ECce ergo legem expressam, ibi. *Sin excepcion de personas.* Hanc nostram contra Avend. opinionem approbans sicut & approbatur practica nostre legis que semper usitata fuit quicquid officanter dixerit Menesius ubi supra, n. 2. se audivisse aliquando legem nostram apud peritissimos sub dissimulatione exolevisse, sed fallitur qui dicto Menesio hoc asserbat, & scilicet ibi. 24. inquit conveniens esse nostram legem observari.

Ibi, *Hasta un quinto.* Ex his verbis reprobo etiam aliam Avend. opinionem, qui erroneè ex iis colligebat in dicto c. 14. prat. num. 19. lib. 1. quod poterat filia meliorari si summa in lege nostra prescripta non excedatur licet summa illa legitimam ejus excedat, nam mentem legis Avend. non considerat, & sic cum jure optimo reprobat Baeca, hic c. 3. n. 7. & 8.

Ibi, *T mandamos.* Ex hoc versic. clarissime colligitur in omni persona dotante filiam, locum habere legem nostram sive pauper ut in glos. O persona, supra cod. diximus.

Ibi, *De tercio y quinto.* Neque in alia minori summa legitimam tamen dotata excedente, ut advertit Baeca, dicto c. 3. in presenti, & ex presenti nostra leg. clarissimè deducitur nihil amplius quam legitimam permittere dari in dotem, præsertim cum secum legem 6. Tauri pro l. 10. tit. 6. infra isto lib. positam, omne donatum per patrem filio vel filie in tercio & quinto veniat computandum, & cum lex nostra similes meliorationes excludat, hanc etiam licet totum tertium & quintum, vel unum eorum non absorbeat, excludit filie per viam dotis donari, imò & quod plus est quod etiam per viam donationis & meliorationis non daretur sed simpliciter mille pro dote filie promitterentur, si in eis daretur excessus legitimæ nihil excessus valebit, ex text. nostro generaliter prohibente nihil aliud quam legitimam posse filie pro dote assignari, nè filiis aliis præjudicaretur, & ita tenet Baeca, hic c. 3. per totum relatus per Doctor. Gutierrez de juram. confir. c. 59. num. 17. versic. sextum & ultimum partis prima, sed an si excessus hic sit modicus an vicabitur, vel valebit, tangit Baeca hic c. 27. Uterius & reprobat opinio glossæ magnæ in columna. 2. in fin. in l. 8. tit. 4. part. 5. allegentis legem nostram non procedere, quoties pater volens acquirere generum divitem & nobilem dedit filie ampliam

dotem cum faciat negotium suum & familie suæ, nam cum text. noster generaliter loquatur generaliter est intelligendus, item quia & in hoc casu militat ratio nostri text. eo quod filii alii præjudicantur, neque ex genero nobili filii alii participant, & unusquisque sibi potius vult prodesse, quam alii, charitasque bene ordinata incipit se ipso, gaudentque fratres potius habere facultates, quam fratrem in tunica sibi præferri, secundum Baecam hic c. 2. n. 36. & contra patrem, qui spiritu fulticiae dotis nomine filiam melioravit & ut nubar nobili vel potenti, invenit Bern. Diaz in regula. 213. fall. 4. ad fin. relatus per Baecam hic c. 2. n. 2.

Quid tamen fil ultra dotem pater promittat ipsi filie & marito suo quod non meliorabit alios filios in tercio neque in quinto, nunquid si pater post augeat bona sua, & petat legitimam impleri ex augmento illo, quia tanquam aug. Azevedo in Recopilationem, Tom. III.

mentum dotis illud petere non potest, secundum Baecam hic c. 3. sed petat in vim legitimæ id quod sibi ex augmento competit, valebit pactum illud & promissio de non meliorand. alios fratres, qui tamen post meliorati sunt per patrem ipsum, an vero nulla erit ita quod de melioratione filia, hæc nil capiat, & cum semel concivis meus Doctor Gutierrez Canonicus Civitatis haberemus questionem hanc & in voce disputarem, ipse tenuit opinionem quod non valeret, ego tamen tenai contrariam, imò quod valeat, & cum invicem fundamenta unusquisque pro sua parte in medium proferret, & ipse prius in lucem prodidisset questionem hanc, fundamenta sua & mea reult in tract. suo de juram. confir. c. 59. num. 12. cum sequentibus, que cum ipse ea fideliter retulerit, prout fuit moris est, non est necesse quod ea nunc repetam, ego tamen fundamentis illis pro mea opinione per ipsum adductis, semper tenui & teneo contrariam opinionem, dum modo non adsit intentio contradicendi ei, hanc enim nunquam habui neque habeo præsertim adversus meum intimum & concivem, sed quia hæc mihi semper placuit opinio, hanc teneo, quam post hæc vidi tenuisse Matienço, l. 6. glos. 1. num. 6. & 7. tit. 6. infra cod. ubi allegat ad hoc Baecam hic c. 22. num. 9. & novissimè Ang. in dicta l. 6. glos. 1. numero 4. cum sequentibus pluribus, quos ad hoc allegavit Velazquez l. 22. Tauri. num. 10. & sic eos sequi voluit cum nihil de hoc dixerit in l. 44. Tauri. glos. 16. in fine, ad quam se remisit, & Ang. ubi supra, insert ex hoc plura notabilia, & omisit dictis fundamentis duobus inconvincibilibus urgeor multum ad hoc tenendum. Et primo quia in hac questione deficiunt duæ principales considerationes nostri text. quibus fundatur ejus decisio. Primò quia hic deficit melioratio in filia hæc, quia non utique ultra legitimam capit. Secundò quia deficit damnnum filiorum in legitimis suis, & quoad primum patet deficere, quid est enim melioratio, nisi capere plusquam adversarius & competitor capit, ista autem non capit plus, quia æqualis est cum fratribus & fratre cum ea, igitur non est meliorata, capiens enim portationem de jure debitam & melioratus non dicitur, secundum Baecam sic in iis terminis & in fortioribus tenentem, in presenti. c. 22. num. 8. & 9. quoad secundum patet damnnum non inferri filiis quia cum legitimas suas integre percipiant, conquiri se non possunt, nam cum ut ex adverso fatetur & verum est, tertium bonorum respectu filiorum, & quintum respectu etiam extraneorum non sit legitima eorum, nullum damnum patiuntur in legitimis filii ipsi, sed æquales potius sunt, ergo deficit intentus & ratio finalis nostri text. scilicet, nè filia plusquam fratres percipiat, ergo promissio valida est, neque adverterat ei dispositio nostri text. sed potius comprobatur tam præsertim cum resulet in evitacionem correctionis l. 22. Tauri qua est l. 6. tit. 6. lib. isto infra, & in comprobationem juris civilis secundum quod æqualitas in filiis est plurimum attendenda, & secundum hoc cessant argumenta pro contraria parte adducta, cessant etiam responsiones contrariis meis argumentis datae per concivem nostrum, & præsertim cessat id quod ibidem in n. 19. ipse

E ij respondet;

respondet, nam Baeca *ibi* allegatus non loquitur in casu in quo sic deductum ex omnibus bonis tertium & quintum, sed potius in casu in quo non esset deductum, sed deducendum, potius ex bonis filiorum, non vero ex dote filiae ipsius, aliter enim nihil dubii Baeca disposuisset, & sic vult *ibi* Baeca quod tertium & quintum non deducatur ex dote sicut pater disposuit, sed ex bonis aliorum filiorum, & tunc si hoc factio filia hac pro dote nihil aliud plus sua legitima in effectu percipit, valida est haec patris dispositio, & non defalcabitur dos ejus, ut est consuetum l. 25. *Tau. qua. est l. 9. tit. 6. infra isto lib.* sed si defalcatione hac tertij & quinti facta filia ipsa plus legitima sua percipit quam quilibet aliorum filiorum illud plus eis restituet, & hoc voluit *ibi* Baeca, & sic ejus opinio pro nostra facit & explodi non potest, quod & fundatur ex eo quod dixit ipsemet Baeca in *presenti c. 1. num. 30. in fin. scilicet*, quod si pater daret dotem & diceret, ne filia afferret in collationem, si ex hoc resultat melioratio, non est servanda haec dispositio, & in hoc casu dicit esse correctam athen, *ex testamento C. de collat. l. 3. tit. 15. part. 6.* secus vero si melioratio non resultat, & sic videtur tenenda haec nostra opinio, quam tu laticius in tempore penitabis, hanc tamen ego pro nunc teneo: limitari tamen potest, ut non procederet quoties in promissione tali de non meliorando tempore constituitur dotis filiae huic facta, diceretur, quod si aliter fieret melioratio ipsi filiae & non melioratio censeretur facta, nam in hoc esset melioratio nulla, ne videretur filia meliorata in tertio vel quinto, vel in utroque, non tamen desineret valere promissio ipsa de non meliorando alios. Sed an censetur filia meliorata de cuius legitima pater jubet ut non deducatur portio aliqua ad majoratum, vide per Baecam *hic dicto cap. 22. qui cum 4. capitulis sequentibus* alia familia adducit in propositum, & *cap. 26.* quaerit an si filiae detur officium deconvionatus, vel tabellionatus censetur in hoc meliorata si detur ultra legitimam, quod dependet ab illa questione num officia haec sint in legitimam imputanda de quo suo in loco dicemus. Et an meliorata filia & pater meliorans sint tuti in conscientia, & tradit Tellus l. 26. *Tauri. columna final.* & Baeca *hic c. 29. ubi* & determinat an juramento firmetur talis melioratio, & de quo & per Gutierrez in *dicto cap. 59. de juram. num. final.* & quid si nulli alii admittit, an possit filia pro dote meliorari, & vide per eundem Baecam *hic cap. 6.* & an tunc vocetur talis melioratio si alii filii nascantur, & quatenus tradit idem Baeca, *cap. 9. & in l. 3. tit. 8. in glos. Para se dezin, infra hic l. diximus.* & quid si filii nati tempore dotis & meliorationis moriantur, an reconvalecat melioratio, & vide eundem *ibidem c. 10.* & cui incumbat Onus probandi, excedat nec ne dos legitimam, vide Covar. *lib. 2. var. c. 6. num. septimo.* & Baecam, *hic cap. 36.*

Ibi, De hijas. Et sic in filio masculo non procedit, ut posthac advertit Matienço, *hic glos. 2. num. 5. & 6.* & Tellus in l. 17. *Tauri. num. 75.* & Baeca, *cap. 7.* ubi & examinant an in nepte ex filio masculo procedat, & in neptibus & avo, & sic an in nepte ex filia procedat, videtur, non

procedere in nepte, & propter verbum, Hijas, totie per legem nostram geminatum, quae geminatio plurimum operatur in jure ut per Doctores c. *Bullista. ff. ad Trebel.* & per Everardum in *centuria locorum c. a geminatione*, & *Jas. in l. si constante num. 83. ff. solut. matrim.* & Mexia in *apparatu ad leg. De Toledo, in 4. fundamento prima partis, num. 6. cum sequentibus pluribus, fol. 7. extensioque De una persona*, ad aliam fieri non debet etiam ex verisimili mente disponentis, & secundum text. *l. si quis ita §. penult. ff. de test. int. bonus text. in l. si ita scriptum sit vult, quod non est contrario, de leg. 2. Dec. cons. 291. num. 6.* Burgos de Paz alia allegans in *cons. 9. num. 13. & cons. 21. numero 34. lib. 5.* Tiraq. de *virisque retrac. 1. part. §. 1. glos. 9. numero 38. fol. 139.* & facit in argumentum communis illa opinio asserta per *Jas. in l. qui exceptionem num. 1. ff. de cond. indob. conca Paul. ibi.* & Everardum *ubi supra loco. 35. vers. sed ista regula*, scilicet, quod statum excludens filias & a successione non excludit nepes, filiusque electi licet repellatur a successione matris non tamen censetur exclusus nepos vel neptis, & secundum *glos. narus, col. 2. in l. 11. tit. 13. part. 6.* & ius & alius fundamentis, ita repeti tenuisse Tellum, in l. 17. *Tau. num. 75. & Did. Per. in Repertorio pragmaticarum antiquarum verbo, Revocar.* & posthac vidi sic tenentem Matienço *hic glos. 2. num. 6.* & tenebant plures advocati hujus civitatis Placentinae, quicquid Baeca, *hic c. 7. num. 11.* aliud velit, prout & voluit Pelaez de *major. 1. part. quest. 15. num. 19.* casus tamen fundamenta, ut posthac advertit Matienço, non sunt levia, neque deberet esse peioris conditionis filia quam neptis, ut in simili inquit Tiraquellus de *primogenitura. quest. 40. a num. 43. si que ad. 62. & quest. 70. num. 3.* & idem Tiraquel. de *retrac. 1. part. §. 1. glos. 9. num. 58.* & Pal. Rub. in *rub. super repetitione. §. 69. num. 32. vers. inde est.* & Castillo l. 22. *Taur. glos. O descendentes.* & *ibi Cifuentes & Pal. Rub.* ideo tu laticius cogita, licet prima plus placeat opinio, in nepte ex filio, in nepte tamen ex filia, crederem secundam tenendam opinionem, ut in statuto filiam excludente tenuit, *Nata, in c. quarevis pactum 28. col. 6. & 7. ques. de part. in 6.* & sic tandem Matie *ubi supra*, refarmavit suam opinionem primam, ut procederet quoties avorum melioratio non excederet legitimam quantitatem filiae debita. Sed quid si pater vel mater facit filiae in potestate existenti donationem simplicem inter vivos tertij & quinti bonorum, suorum, nulla mentione facta dotis, & aut matrimonij, an valebit dicendum est quod sic, quia lex nostra ex causa dotis tantum meliorationem reprobat, ut ex ea clarissima apparet, item quia praesupponit dote esse excessivas, ergo ut verificetur dispositum, scilicet, non valere, verificandum est praesuppositum illud, quod sint in vim dotis meliorationes & donationes, ut non valeant ex text. nostro, item quia alias esset corrigere jura permissiva donationes has, & praesertim l. 10. *tit. 6. infra isto lib.* quae in filiabus loquitur, sicut in filiis, quia loquitur per verbum, *Descendentes*, ita voluit licet succincte noster Gutierrez in *dicto tract. de juram. confirmat. dicto c. 59. num. 15.* nisi fraus praesumeretur

tur in tali donatione, esset in fraudem facta, quia tunc idem esset ac si per dotem.

Ibi, Tertio in quinto. Imo neque in uno tantum eorum vel in minori summa, secundum quod diximus in hac leg. sed quid si numeratis debitis patris dotantis dos non excedit legitimam, eis tamen non numeratis & extrahendis excedit, an deducenda sint & extrahenda debita illa: Dic quod sic, & quia non dicuntur bona nisi deducto aere alieno ex l. *subsignatum ff. de verb. sig. notat. Baeca hic c. 2. n. 25. & laticius c. 28. per totum.*

Ibi, De contrario entre vivos. Secus ergo si per testamentum, quia prohibitus meliorare vel alienare inter vivos, non prohibitus videtur meliorare vel alienare per testamentum, & difert enim ultima voluntas a contractu in substantia, secundum *Casili. l. 22. Taur. glos. Entre vivos*, & sic in specie nostrae legis tenet eam late fundando contra *Aven. Baeca, hic c. 20. per totum*, quem refert & sequitur concivis noster Doct. Gutierrez in *dicto c. 59. de juramento. conf. n. 15.* & novissime posthac Matienço *hic glos. 2. n. 4. & glos. 3. n. 2. & Rojas, de successione ab intestato c. 3. n. 40.* quod ex Baeca *ubi supra* intelligo verum, nisi melioratio in testamento facta fuit per viam contractus nomine dotis & pro dote, quia tunc idem erit, eo quod in testamento ita sicut in contractibus contrahi potest, vel nisi secundo, melioratio haec in testamento facta habeat dependentiam a contractu, inter vivos, puta, si dum matrimonium fuit contractum, fuit per patrem, vel matrem promissum verbo vel scriptura se melioraturos filiam illam amplius quam alios filios, vel si dum pater, aut mater moritur, tractabatur de maritanda filia & ut matrimonium perficeretur, pater vel mater pro dote in testamento melioravit eam in tertio, vel quinto, vel in alia quantitate, nam tunc idem esset, vel si alio modo per viam fraudandi legis nostrae dispositionem filia talis melioraretur in testamento, nam tunc idem esset quod in contractu. Ex quo infero quod si pater aut mater filiam dotantes per contractum inter vivos melioraverunt eam in tertio vel quinto, vel in qualibet alia quantitate, & quia melioratio haec non valebat, confirmaverunt eam in testamento, nihil valet confirmatio talis tum quia habet principium nullum & super quo fundamentum cadere non potest, tum etiam quia ex l. *verbis C. de donat. inter vivos* confirmatio in testamento facta dotis antea filiae inter vivos promissa & data ultra legitimam nihil operatur quia non est de novo dacio nam qui confirmat nihil dat de novo.

Ibi, Lo aya predado y pierda. Quod sibi velint verba haec declarari Baeca *hic c. 36.* & cui bona haec perdit applicabuntur, ibidem declarando tenet quod aliis filiis & quibus praedjudicatur & bene & Tellus Fernandez in l. 26. *Tau. in fin.* & post haec Matienço, in *presenti gl. 4. in prin.* Ex quo infero quod cum ipsi filii praedjudicatis excessus hic fit restituendum, ipsi filii agere poterunt revocatoria contra excessum illum filiae factum, vel tutor aut curator filiorum nomine, ipsi tamen non petentibus creditores patris vel matris & dotantium agere non poterunt revocatoria vel alia aetione ad revocandum excessum

illum, nisi maritus ipsius filiae dotatae de fraude participaret secundum text. in l. *si §. si a Socero. ff. de his qua in frau. cred. quem ad hoc notavit Ant. Gom. in l. 29. Taur. n. 34. & Segura in l. cobaredi. §. cum filia, num. 132. ff. de vulg. & pupill. seclusa tamen participatione fraudis nullo modo creditores agere poterunt, idque maxime praecedit si creditores sunt dote posteriores, secundum *Barr. in l. 1. n. 10. C. de jure fisci lib. 10.* & videtur sentire Baeca, *hic. 32. n. 17. fol. 156.* dote tamen reversa ad filiam agere etiam creditores patris dotantis poterunt, quia ipsa tit. lucrativo possidet, ut per *Seguram, ubi supra, ex d. §. si a Socero*, neque obstat quod contractus ipse dotis in quo dicitur excessus adest, est nullus ipso jure, ex *lex. nostro*, quoniam hoc est verum quantum ad alios filios fratres dotatas, & ipsi petentibus, secus vero si non petierint, tunc enim pro nullo judicari non potest ad petitionem aliorum creditorum, quia callosa irritans contractum non cooperatur si velit ille & taceat in cujus favorem posita est, secundum *Baecam hic c. 10. num. 67. fol. 69.* ubi in propositum hujus opinionis plura similia adducit licet ad alium finem & Octav. *decision. Pedem. 94. num. 24.* poteruntque filii isti annullationem, & revocationem dicti excessus petere, & ex *lex. nostro*, in vita & post mortem patris etiam constante matrimonio filiae excessivae dotatae per patrem, quidquid aliud de jure civili disputaretur a Doctoribus, ut apparet ex Baeca, *hic c. 32. 34. & 36.* & ex Matienço, *hic glos. 4. numero 2. cum sequentibus*, & iterum in l. 3. *tit. 8. glos. 7. numero 4. & sequentibus infra eod.* & novissime ex *Ayora in tract. de partitionibus 2. par. c. 20.* dicente sic fuisse determinatum in Granateni praetorio, nam, salva pace tantorum virorum & dicti Senatus, opinio eorum, scilicet, quod in vita patris filii non possint petere excessum, dictum declarari nullum & uti remedio nostri tex nunquam mihi placuit, neque placet, quamvis propter ipsorum auctoritatem, aliquis meae non ardebit opinioni, sed contrariae dictorum patrum fulcitra dicto decreto Granateni praetorii, de quo tu dixi testatur Ayora, *ubi supra*; Et pro mea contra eorum opinionem considero sequentia fundamenta a nemine considerata. Primum, quod lex nostra ipso jure annullat contractum, ut *finalibus verbis* ejus apparet dum dicit, *Sean en si ninguno, y de ninguno valor, y efecto, insuper;* restitit parentibus & prohibet eis ne filios meliorant pro dotibus, ubiqueque verbi lex restitit & annullat, impeditur domini & translatio, neque ulla nascitur naturalis, nec civilis obligatio, ut per omnes in l. *frater a fratre. ff. de cond. ind. & in l. 3. §. sciendum* per textum *ibi ff. de donat. int. vir. & mor.* notat in praesenti Baeca, *cap. 36. num. 4.* deficit enim titulus, ex eo vero quod nullum est, nullus potest produci nec sequi effectus, igitur gener & uxor ejus contra fratres utentes remedio nostrae legis, non possunt se exceptione aliqua juvare, & sic restituito etiam in vita patris est faciendi fratribus petentibus.*

Secundum, quia pena amissionis excessivae partis ipso jure imponitur, ut patet ex *verbis illis, Laya perdido y pierda*, nam licet verbum, *Pierda*, sit dubium, & an sit late sententiae, ex dictis

dictis per Tiraq. in l. si unquam verò, reuertitur, numero 155. cum sequentibus, tamen ubi adjicitur alia dictio inductiva latam sententiam, tunc bene inducit privationem ipso jure, ex Tiraq. ubi supra, numero 153. hic tamen adest illa alia dictio, *Lo aja perdido*, quæ est presentis, imò & preteriti temporis, & est executiva, & sic inducit ipso jure privationem, ut in proposito tenet Baeca, dicto c. 36. num. 4. præmaxime accedentibus verbis aliis legis nostræ in supplicatione appositis, *T por el mismo caso posse el derecho de la demasia a los herederos*, quæ sunt verba executiva, ut & inquit Baeca, ubi supra, ubi quædam tamen actio ipso jure tollitur, prout hic tollitur genero & ejus uxori, & transferuntur in filios, quia verbum illud, *Herederos*, quoties agitur de re nostrâ simili, de filiis intelligitur, & secundum Alexan. Jaf. & Bar. in l. Gallus §. quidam ff. de lib. & post. & Baecam, dicto c. 36. numero 5. non solum filii, verum & ipse iudex ex officio debet & potest repellere illum, cui actio non competit, ut per Tiraq. ubi supra, numero 345. & sic genero & uxori, quibus nullum jus retinendi dari potest, & filii jus petendi competit, saltem ad excitandum officium iudicis, igitur filii non sunt excludendi in vita patris: Imò & quod fortius iudico, quod implemter pater & id potest petere, nam quoties aliquid est nullum ipso jure potest quis contra proprium factum venire, secundum Tiraq. ubi supra, num. 406. & Baecam, hie c. 11. n. 82. potestque tunc turpitudine propria allegari, ut per eundem Tiraq. ibi, n. 420. & hanc opinionem in patre sequitur eam veritorem dicens Baeca, hie c. 34. n. 1. & 2. & Matienço, in l. 3. glof. 7. numero 6. tit. 8. infra isto lib. & Angulo l. 10. tit. 6. glof. 9. numero 2. infra isto lib. tit. 5. & Palac. Rub. in l. 17. Tauri, numero 44. ubi & tenet, quod & ipsi filii possunt id petere vivente patre, etiam si Ayora in d. 2. parte dicto c. 20. aliud etiam in patre velit, & male: quod si pater hoc potest, cur non & ad fortiores filii poterant etiam vivente patre: Et in patre etiam de jure civili in terminis legis si unquam C. de rev. don. sic erat, ut videre licet ex Tiraq. ibi, in verbo, in ejusdem donatoris arbitrio, numero 1. pag. 305.

Tertio, & propius accedendo ad materiam id fortificatur, nam licet agnatus, cui jus est revocandi alienationem factam in extraneum, id facere debet intra annum à morte donantis & alienantis, per §. Titius l. si de feudo fuer. cons. in domo, & agnat. tamen est verum id, nisi alienatio ipso jure non valeat, nam tunc statim potest agnatus, vel dominus non spectata morte alienantis revocare l. 1. §. sed & res, per quas fiat in ves. c. 1. versic. aliquem, tit. de alien. feud. notat Tiraquel. ubi supra, n. 454. neque potest dici id speciale in feudo, quoniam id non ex feudi specialitate constituitur, sed ex natura annullationis ipso jure inducitur, quæ cuilibet materię applicari potest, cum eadem sit ratio, & est hoc ita, meo videri, fortissimum argumentum, quod nullam patitur responsonem.

Quarto, & non minus fortiter facit, quoniam ad sciendum an dos promissa excedat metam nostre legis tempus promissionis est inspiciendum, & secundum veram opinionem, quam fundat optime Baeca, hie c. 31. numero 1. cum pluri-

bus sequentibus, ubi ex lege nostra id clarissime fundat, & in numero 3. refert plures ex Doctoribus primæ opinionis ita tenentes, & diximus, in l. 3. tit. 8. infra isto lib. licet in alterius statuti propositum contrarium videri Aymon Craveta, consil. 778. per totum, volum. 5. si ergo tempus promissionis est inspiciendum, non est spectanda mors patris, cessantque fundamenta contrarie opinionis in quibus totam vim & probam constituunt, eam tenentes, scilicet, quod poterit pater augere bona & plura alia relinquere tempore mortis, quibus consistet dotem non esse excessivam, item quod poterunt filii mori ante patrem, nam hæc omnia cessant, si tempus promissionis est considerandum, neque mors filiorum damnicat genero & uxori, quoniam si omnes filii moriuntur ipsi genero & ejus uxori omnia deferuntur tam illa, quæ propter excessum restituerant, quam alia, & quamvis filii filios relinquunt, excessus ille si apud filios ipsos remansit, putat, quia emancipati erant tempore restitutionis, computandus est in legitimis eorum, & sic tanto minus à bonis patris consequentur, item in tempus mortis spectat, quid est nisi cuniculis subvertere legem, & fraudibus occasione præstare, ut in simile propositum inquit Baeca, in dicto c. 11. numero 89. & l. 29. Tauri. 3. tit. 8. infra eo. responde, ut ubi per me numero 18. & hic numero 25. & per Ang. ubi supra, numero 3.

Quinto, quoniam ista nostra retenta opinio filii ad æqualitatem rediguntur, propter quam æqualitatem servandam multa sunt introducta in jure, ut ex latè dictis per Mantican, de conjectur. ment. testator. lib. 6. tit. 2. numero 5. & sequen. & sic nimirum si filii in vita admittantur patris ad excessum hunc annullandum.

Sexto quoniam si Baeca ipse in dicto c. 34. numero. fatetur, quod si petentes hoc in vita patris essent filie feminae, & dotari non possent, cessaret dicta prima opinio, & sic possent remedium nostri tex. uti, cur non idem in filiis masculis, qui etiam dotandi sunt à patre, & eis præstandum unde onera matrimonii contrahendi sustineant, cum sit eadem ratio, neque lex nostra distinguat, quoad agendum remedium nostri tex. feminas filias à masculis filiis, igitur suaver declaratione confunditur opinio prima Baeca & sequacium, & hæc nostra fortificatur.

Septimo, quoniam ex dictorum patrum opinione maximum damnum filii obvenerit possent, & ex nostra maximum commodum, tam ipsis, quam filie dorate, nam ut quotidie contingit, excessus iste solet esse magnus, qui quidem si ad petitionem filiorum aliorum redderet patri, eò quod filii erant sub ejus potestate constituti, nonne poterit pater ipse cum excessu illo alia plura bona acquirere, & augmentare bona & hereditatem, prout presumitur patrem facturum, qui quotidie inhiat pro honore & commodo filiorum, respectu quorum nullus est amor, qui vincat paternum, sed si filii non possent revocare excessum in vita patris, clarissimum est filios damnicari, igitur qui damnicatur omnibus modis est admittendus ad damnum revocandum & evitandum, neque possunt gener, & ejus uxor conquiri se fuisse illusos, prævidere enim debebant legis nostre dispositionem, & legis ignorantia nemini favet, cum ubiq; per-

iores possit consilere, & non possunt dicere se deceptos sed stultos ut inquit Baeca hie c. 9. n. 80. & 95. & eis potest dici, amici dicit ecãtius negotiari.

Octavo & finaliter considero pro hoc l. 8. tit. 4. par. 5. ibi. *En tal manera que toda via finque en salvo a los hijos la su parte legitima tambien en vida de su padre, como despues de la su muerte, ponderando verba illa, en vida, nam si tenemus opinionem, quod filii in vita patris non possunt petere excessum dotis forori promissæ datæ per patrem, clarum est, quod in vita præjudicatur eis in legitima, & negari id nullo modo potest, neque eget probatione, quia de se patet, imò & in morte patris possent ob hanc causam alii filii præjudicari, nam poterit gener tunc habere consumpta omnia bona sua & uxoris tempore quo pater moritur, prout est ordinarium, ut ex præfatione & supplicatione nove constitutionis in prin. hujus legis per me scriptæ & velata colligitur, & sic filii tam in vita quam in morte remanent damnicati in legitima, igitur lex illa partiarum est optima pro nostra opinione, neque obstat responso ad eam proposita per Baecam, in dicto. num. 10. c. 34. scilicet, quod verba illa dicte legis 8. partiarum, habent hunc sensum scilicet, patrem neque in morte posse præjudicare filio in legitima, non vero quod filius possit impugnare donationem, nam quorsu est hæc præfatio legis illius, quod filius in legitima neque in vita, neque in morte per patrem præjudicetur, nisi ut cum effectu præfatio hæc, & remedium adhibeatur ante causam vulneratam: Item quia si dicta lex partiarum in præcedenti casu, scilicet, quoties donatio revocatur nativitate filiorum, potest statim agi & ad revocationem non spectata morte patris donantis, ut ibi inquit glof. *Que luego*, etiam de jure civili aliud dicerent relati per Tiraq. in l. si unquam C. de revoc. donat. in dicto verbo, in ejusdem donatoris arbitrio, num. 3. pagin. 305. igitur & idem in sequenti casu, ubi deducta præfatione lex illa partiarum agit censetur provisum, cum facilis lex sequentia respiciat, quam sequentia præcedentia, & sic iis fundamentis mihi hæc applaudit opinio, quod filii etiam in vita patris dotalis possunt uti remedio nostri text. contra excessum dotis, & suspicor, quod si dicti Doctores hæc fundamenta considerassent, eam tenerent, & sequerentur, sed quia multoties aliorum dictis consilii, ut grævis unus post alium currimus, non consideramus perfecte quæ consideranda sunt, & sic nimirum si maturiori consideratione nova erigatur ab aliquo opinio contra plures aliam tenentes, prout de jure videmus inter doctores civiles affirmari, quod una fuit opinio communis usque ad tempora Bartoli, & post contraria Bartolo servatur, ut communis, maxime, cum ut supra diximus. Palac. Rub. in dicta l. 17. Tauri, num. 44. hanc nostram tenuit opinionem: neque obstat aliud fundamentum Doctorum contrarie opinionis scilicet, quod vivens nulla est hereditas, & quod in vita patris filii non est debita legitima, nam hic non agimus de hereditate, neque de legitima, ut loquuntur relati per Tiraq. in dicto num. 3. pag. 305. sed loquimur de pena incurfa, in amissione excessus dotis filie per patrem datæ ob contraventionem nostre le-*

gis, quod est differens, & sic in quolibet tempore peti potest per filios tanquam nostre legis, & ejus pœna excoutores: ut voluit respondere Matienço, hie glof. 4. num. fin. pro qua responsonem facit, nam illud, quod auferitur marito ex dispositione l. hæc editi. C. de secund. nup. non est legitima, sed pœna quam filii lucrantur ex illa lege, ut ibi num. 10. communem restatur Bertrand, teste Villalobos, in arario mille comm. opin. litera B. num. 50. vel responde ut per Angulo, ubi supra, num. 4. vel, ut ego respondeo l. 29. Tauri in contrarium allegatæ super ea, in l. 3. tit. 8. num. 18. & seq. infra hoc libro. Nec placet concordia, quæ est Segura l. coheredi. §. cum filia, num. 137. cum sequentibus, aliquibus ff. de unig. post defunsi. scilicet, an gener participaverit de fraude, quia ultra quod ab hac concordia deviat Olanus in Antinomia juris civilis & Regii, litera D. num. 51. quoad creditores patris procedere possent, non verò quoad filios de quibus agimus, qui pinguis jus ex lege nostra habent, & ipsi excessus applicatur, qui quidem excessus solummodo annullatur non verò tota dotis promissio, & constitutio, ut optime advertit Palac. Rub. in repetitione capituli §. 24. n. 3. & ibi Addition. litera E. notabili tertio alios ad hoc allegat, & Baeca, hie capite 53. num. 14. cum sequentibus aliquibus. Aliud autem quod à Doctoribus juris civilis disputabatur, scilicet, an durante matrimonio inter dotatam & ejus maritum id possit peti, de quo regulam, ampliationes & fallentias descripsit Segura, ubi supra, numero 126. cum sequentibus pluribus, & Lara, in l. si quis à liberis §. idem rescriptis num. 33. & 34. ff. de liber. agnos. & Burgos de Paz consil. 34. num. 4. & 5. tamen jure nostro Regio-attento ex lege nostra omnes Hispani scilicet magis communiter tenent, quod etiam constante dicto matrimonio id possit peti, ut apparet ex Lara ubi supra, & ex Baeca & Matienço, ubi supra, relatis & verius esse & sic in chancellaria determinatum asserit Pal. Rub. in repetit. cap. per vestras d. notab. 3. §. 24. num. 3. & prius §. 22. num. 9. ubi dicit sic fuisse decisum, nam lex nostra annullat contractum & promissiones prohibitioni legis nostre contrarias, & prohibet nihil dandum filie ultra legitimam pro dote, & sic gener plus recipiens de se conqueratur, qui non prævisit prævidenda, & dicit cauti negotiari, ut inquit Lara & Palac. Rub. ubi supra, quæ omnia non sic reperies per aliquem considerata, uniusquisque meliora eligit & sequetur in iudicando & consulendo, nollem enim esse novatum opinionum inventor, & ut talis haberi.

Ibi, *La otra parte* In archis, & male voluit legem hanc in iis verbis intelligere Didacus Per. in additio. ad Seguram in l. 1. §. si vir uxori, num. 139. fol. 146. ff. de acquir. pos. & quod sic corrigereur l. 50. Tauri, quæ est lex sequens usque ad decimum bonorum partem permittem in archis dari, nam text. hic non loquitur de archis, sed de jocalibus dote sponse per sponsum, quæ quidem multum ab archis differunt, ut patet ex rubrica nostra dum dicit *Arras, y joyas*, copula enim illa, T inter diversa ponitur, ex communique usu loquendi, id etiam decerpitur, nam archis dantur & promittuntur

in premium nobilitatis, vel virginitatis amilla, aut alterius sufficientis causa, jocalia vero causa amoris & ornatus, de quibus dicitur etiam in l. 3. infra eod. ideoque lex nostra in suo casu sponsaliorum jocalium est intelligenda, lex vero sequens in arribis, neque una per aliam corrigitur, & sic reperi reprobatse Didacum Perez, Villalobos, in arario suo communium opinionum, verbo arria, fol. 16. & Doctor Gutierrez, in trail. de juramento confirmatorio, prima part. c. 14. num. 13. ubi num. 5. tractat, a juramento confirmetur promissio jocalium excedens octavam hanc partem dotis, & D. Spin. in suo speculo testa. glos. 18. princ. n. 117. ubi n. 118. inquit quod si maritus habeat filios ex alia uxore non poterit donare illam octavam partem, & quia ultra quintum disponere non potest, & sic declarat nostram legem cum Avend. & Gutierrez per eum relatis, & ex consequenti si ascendentes habeat non valebit ultra tertiam partem, de qua tantum disponere poterat, quia ascendentes habebat. Et an extraneus possit jocalia ultra octavam partem donare, vide Gutierrez, ubi supra, numero duodecimo, regnicola tamen etiam de bonis que extra regnum habet non poterit legis nostre metam excedere, ut per Pelaez, de major. 1. part. questio. 58. num. 38. ubi ex sequentibus idem decerpere esse cum regnicola existit extra regnum.

Ibi, *Cesen las Franclas*. Non enim adversus legem fraus est admittenda, ut per Baecam, hic c. 20. ubi declarat qualiter fraudem adesse probabitur. Et quot modis fiat legi fraus, vide text. ubi Doctores in l. contra legem, cum sequenti ff. de legibus: Et nota quod si infans marito aliquid mater det vel promittat, nihil valet, ut dicemus in l. 8. tit. 8. glos. 1. infra, eod. lib.

Ibi, *Y los contractos y promissiones*. Imo, & si que hie justiones essent prelitae itidem nullae sunt, secundum Meneses, in auth. res. que, numero 19. C. communia de leg. & Baeca, hic c. 35. resciso enim contractu principali & omnes obligationes & accessiones ejus annullantur, & ex text. in l. fin. ff. de constit. pecun. & l. cum principalis ff. de reg. jur. tradit Suarez l. post rem, num. 16. pag. 319. & probatur etiam ex l. 56. colum. 2. tit. 5. par. 5. late Ripa, in l. ita stipulatus, numero 34. cum 4. sequentibus ff. de verborum obligationibus, & Jal. in l. certi conditio. §. si numerus, num. 35. ff. de conditioe indebiti, & in l. si ita stipulatus §. Chryzozonus, num. 48. de verbor. obl. Adde ut & constitutam nullam sit, nullaque ex eo transferatur possessio data contractus nullitate, secundum Aven. respon. 12. num. 4. vers. & hoc probatur, de quo & per Anton. Gom. in l. 45. Tauri, num. 23. cum sequentibus & Matth. Afflictis decisi. 331. & 395. ubi dixit, quod in tali casu spoliato a possessione non datur remedium possessorium, ut & per Jal. in l. 1. §. si vir uxori, num. 11. cum sequentibus ff. de acquir. pos. de quo tamen videnda sunt dicenda in l. 2. in glos. Hazer ontrato, in 6. ampliat in fine, tit. 3. infra, eod. lib.

Ibi, *Sean en si ningunas*. Etiam si matrimonium tale, in quo excessiva dos est promissa non sequatur, neque effectum fortiat, secundum Baecam hic, c. 2. num. 7. cum sequentibus aliqui-

bus, & an curius longissimi temporis revalidet nullitatem hanc tradit Baeca hic c. 34. & in 32. l. 37. an per rescriptum Principis eludatur lex nostra, & in c. 33. tradit an res & excessus hic sit restituendus cum fructibus & quatenus revocetur, & an de evicione pater teneatur, si in doris promissione se ad hoc obligaverit, in c. 32. num. 16. ipse Baeca tractat, & an juramento confirmetur vide Gutierrez in d. c. 14. num. 14. & 15. Et nota, quod lex ista procedit etiam si puella nostri Regni nubat cum viro extraneo a Regno, prout contra Minchacam tenet Pelaez, de major. 1. parte questio. 58. num. 64. & faciunt quae ibidem dicit in num. 37. cum pluribus sequentibus & antecedentibus.

Ibi, *Ce ningun valor y efecto*. Et sic ipso jure secundum Jal. in l. filius familias §. divi. el. 2. in lectura num. 2. & 3. de leg. 1. & in l. de pupillo. §. si quis forte, ff. de nou oper. mutatione, & hac pro hac lege, carera per Baecam videri poterunt.

IN LEGEM SECUNDAM.

Qua erat 30. Tauri.

Legi fori prohibenti ultra decimam partem bonorum artharum nomine dandam aut promittendam renuntiare non potest, & tabellio aliter scribens punitur penis nostri text.

SUMMARIUM.

- 1 Arrhas si promittat mulier marito an excedere possit taxam legis nostrae, & sic decimam partem bonorum.
- 2 Uxor ita marito dat arrhas sicut e contra. Arrhas an in quinto computentur, & remittuntur.
- 3 Pana in sponsalibus promitti deponi non potest etiam inter attingentes ipsos sponsos.
- 4 Arrha quid sit & an tradenda sit statim.
- 5 Datio artharum in contractibus an faciat rem desinere esse integram, ita ut a contractu rescilire non liceat.
- 6 Artharum datione matrimonium dissolvi non potest, & tunc debent arrhae in quantitate consistere, licet ex l. partiarum etiam in specie dari possint.
- 7 Arrhas peratit ille propter cuius culpam matrimonium non sequitur, & alter eas lucratur.
- 8 Arrhae, de quibus in presenti danda in premium nobilitatis vel alterius causa tempore sponsalium vel nuptiarum dari non possunt.
- 9 Arrhae multum differunt a donatione propter nuptias.
- 10 Arrhae etiam viduae dari possunt ibidem.
- 11 Arrhas, que promittuntur loco pignoris & securitatis matrimonii, nullas lucratur secuto matrimonio, illas vero, que in premium sic.
- 12 Donatio facta sponsae ex causa juvenutis, nobilitatis &c. valet etiam si excedat metam nostri text. si animo donandi fiat.
- 13 Arrha a minore etiam constitui possunt in pecunia vel in re mobili aut semovente secus vero si in immobili, nisi ut ibid.
- 14 Arrha computanda sunt deducto ere alieno. ubi & n. 14. an officium Recltorie & tabellionatus computentur, ubi & quid in officii justitia.

- 15 justitia, in n. 15.
- 16 Arrha constituta ante matrimonii contractum an possunt excedere metam nostri text. ibid.
- 17 Arrhae an possunt promitti per pauperem solvendo in tempore, in quo bona habeat.
- 18 Juramento an possit renuntiare remedio nostra legis.
- 19 Decima pari qualiter estimabitur si promittatur per possessorem majoratus ad artharum dationem.
- 20 Arrhae constituto an excedat nec ne metam legis, quis probare debet, d. num. 18. & 19. ubi qualiter & quando probabitur.
- 21 Arrharum promissio an in toto vitabitur, vel in excessu tantum.
- 22 Arrhae promissae an veniant ad computationem valoris tertii & quinti uni ex descendentes pro melioratione assignati, ubi, quod tempore suspiciatur ad videndum an excedant metam nostri text. ibidem.
- 23 Arrharum promissio non minuitur etiam si post facultates minuat, & 23.
- 24 Arrharum promissio potest fieri de bonis presentibus & de futuris, ubi, secus si augmententur facultates, ut ibi, num. 25.
- 25 Arrhas an poterit petere mulier viro vergenti ad inopiam.
- 26 Hypothecaria competens pro donatione propter nuptias an & pro arribis competat & privilegiata.
- 27 Arrhas an vendit uxori, cui promissa sunt.
- 28 Arrhas promittens, si non habeat filios, an possit excedere metam nostri text.
- 29 Arrhas promittens an possit excessum decima partis ex quinque supplere.
- 30 Juri prohibitiveo renuntiare non potest.
- 31 Lex prohibitivea habet clausulam derogatoriam, & sic statutum contrarium nil valet, neq; a pana excusatur, ut ibi, nisi ut ibi, n. 32.

Ibi, *Ley de las arras*. Qua est l. 1. in principio, titulo. De las arras, lib. 1. for. ubi Suarez loquitur late, ultra Glossatorem Montalvum & an valeat nostra legis dispositio, tractat Baeca, de dote filiarum c. 11. num. 10. & lex nostra procedit etiam, in muliere promittente arrhas marito in premium nobilitatis, & vel honoris, aut divitiarum, quia sunt correlativa, & ita uxor marito arrhas dat, sicut vir uxori, & secundum Palac. Rub. in rub. §. 54. num. 1. & an artharum promissio & datio computetur in quinto bonorum arthas donantis, dicemus Deo volente in l. 12. in princ. tit. 6. infra ista lib.

Ibi *En arras*. Nam licet in sponsalibus non possit adici pena ex c. genuina de sponsalibus, etiam in minima quantitate, & etiam inter eos, qui ipsos sponsos & jure sanguinis attingunt, secundum Abb. & alios relatos & secutos per Covar. in 4. 2. part. c. 3. §. 7. numero 5. & Villalobos in arario null. commun opin. litera P. numero 87. 88. & Bartol. Socin. consil. 3. numero 1. vol. 1. tamen arrha bene potest praestari in eodem sponsalium contractu, secundum eisdem ibi maxime Covar. num. 6. non enim secundum eum ibi, numero 7. arrha ita facile constituitur, sicuti promittitur pena, Cum arrha realiter tradi debeat, unde non est mirum si in matrimonio promittatur, quod cum maturo consilio arrha accedat in Recapitulationem. Tom. III.

tradatur, & sic de earum traditione constare debet, ut per Covar. ubi supra, numero 7. cum 4. sequentibus ubi ampliat hoc: est enim arrha proprie id quod traditur inter sponsos in pignus complendi matrimonii, & text. in l. arribis, & l. fin. C. de sponsal. l. 1. tit. 11. part. 4. in prin. ad exemplum ejus quod in venditione, ceterique contractibus traditur, in venditionis, vel rei contracte argumentum & pignus, l. exemplo. §. is qui vinu. ff. de actio. empri. l. 2. C. quando lic. ab emp. disced. notat Covar. ubi supra, numero 6. ex quo solet in controversiam deduci, num datio artharum faciat rem desinere esse integram, ita ut a venditione, vel contractu non liceat discedere, & in hoc communiter & vere traditum est, teste Horacio in l. juris gentium §. adeo autem, numero 7. colum. 815. ff. de pact. & in l. ab emptione, numero 4. col. 945. ff. eod. tit. quod non facit rem desinere esse integram, nisi ut arrha & ut pars pretii detur, & in pecunia numerata consistat, tunc enim pars pretii dici potest, secus si in specie quomodo l. 7. tit. 5. par. 5. declarandam ipse Horacio asserit in d. numero 7. qui & illud adjicit, si arrha potestate conventionis non future sed jam perfecta detur, desinere rem esse integram, nam & hoc genus illud locutionis significat, O por otorgamiento, quod novum quibusdam videri solet, & ut ipsa tunc arrha ut pars pretii datur, neque ab emptione vel contractu licet discedere, dicta l. 2. C. quando lic. ab emp. dis. & sic ad nostrum propositum inferitur, quod per artharum dationem contractum smatrimonii & dissolvi non potest altero contrahente invito, oportere tunc arrhas & pignora pro matrimonii securitate data in quantitate consistere, alias nihil agi, secundum text. l. 7. tit. 5. ff. de verb. oblig. licet per l. 8. tit. 18. par. 3. etiam in specie dari possit, imo & ab utraque parte hinc inde secundum Gregor. Lopez ibi, contra Bart. per eum relatum, & notat in terminis Suarez in d. tit. De las arras, in princ. fol. 23. ubi inquit quod si propter culpam unius non fiat matrimonium, perdit ipse & arrhas, & alter eas lucratur, ex l. fin. C. de sponsal. & ex l. 1. tit. 11. par. 4. & arrhae ille sciendum dictam significationem sumptae possunt in matrimonio intervenire, secundum dictos Doctores, & Anton. Gom. hic numero 12. in medio, & glo. per tex. ibi l. 39. tit. 11. par. 5. & de his arribis in pignus & pro securitate dotis datis, sicut & alterius contractus, non loquitur lex nostra, sed de arribis, quae secundum modum loquendi in Hispania, promittuntur mulieribus in honorem virginitatis, nobilitatis, aut divitiarum, secundum Suarez ubi supra, & Anton. Gom. hic numero 12. & Covar. d. §. 7. numero 12. & isto modo istae arrhae dantur in Castella, & tota Hispania nostra, danturque ante contractum sponsalium sive post, imo & tempore benedictionis nuptiarum & secundum eos, & Suarez ubi supra, in prin. & in versio. pone quod tempore, fol. 30. & Anton. Gom. numero 12. & Castillo hic numero 6. & Baecam de non meliorand. filiar. c. 5. numero 18. & 19. & secundum glos. mag. l. 1. tit. 11. part. 4. nam non possunt dici donationes simplices, quae non valent inter conjuges, sed remuneratoriae in premium virginitatis, vel juvenutis, nobilitatis, aut alterius causa, licet a communiter accidentibus

accidentibus ante sponsaliorum contractum fiant, & de his hodie utimur. & text noster loquitur, nam de illis qua antea loco donationis propter nuptias dabatur in Hispania, secundum tex. l. 1. tit. 1. par. 4. non loquitur noster tex. cum secundum supra dictos maxime Covar. & Anton. Gom. multum differant a donatione propter nuptias, & tres differentias etiam hodie describit glos. mag. in ead. l. 1. & Anton. Gomez, l. 51. Tauri. numero 11. licet & hodie ex illam l. 1. asserant Meneses in authent. res qua, numero 25. Communia de leg. & Palac. Rub. in rubr. §. 21. & 24. & Burgos de Paz con. 14. numero 11. vol. 1. arcam hodie loco donationis propter nuptias successisse, sed meo iudicio falluntur; non enim tales dicuntur arthae, nisi illae quae supra dictis respectibus praemii virginitatis vel alterius similis causae dantur, & ideo etiam viduae dari possunt, si cum sene vel ignobili nubat, neque statim traduntur, sed promittuntur potius solvenda post mariti mortem, prout & probatur ex l. 4. infra isto tit. & lib. ibi. Pero si arras onere, &c. & sic lege nostra attendit & dicta lege fori, De las arras, ad quam nostram se referre & d. l. 4. infra eod. non procedit iam dispositio dicte l. 1. tit. 1. par. 4. quoad denominationem & etimologiam artharum ibidem descriptam, & sic arthas has nostri temporis (quae sunt illae quae in premium aliquod dictionum promittuntur) matrimonio secuto lucratur illa cui promissa sunt, & haereditas eius secundum d. l. 4. infra eod. illas vero quae loco pignoris dabuntur antea secundum illam legem §. 4. tit. 1. par. 3. non lucratur ulla pars, si matrimonium non sequebatur, sed tunc si non sequebatur, tunc enim ut diximus supra culposus in adimplendo matrimonio perdebatur eas & consorti obediunt applicabantur, item in illis loco pignoris datis potest excedi taxa & meta nostri tex. eo quod loco donationis propter nuptias successerant, secundum d. l. 1. tit. 1. par. 4. in qua quantitas non erat declarata, & tenet ibi glos. mag. ad si. in nostris vero meta nostri tex. est servanda, & sic donatio propter nuptias in regno nostro non praticatur. Ant. Gom. hic n. 11. in fin. Valeret tamen in vim donationis factae ex causa juvenutatis, nobilitatis, aut & causae alterius, si hac conditione matrimonium contraheretur, etiam si decimam partem excederet, secundum Covar. in d. 2. par. c. 3. §. 3. nu. 2. vel ex causa doris, ut ibi, & tradit novissime Ayora in tractat. de partit. 1. par. c. 7. num. 30. ubi & dubitat, an valebit nec ne, ex eo quod videtur donatio inter virum & uxorem, & inquit quod sic, ut dicit Covar. ubi supra, quia est remuneratoria in premium nobilitatis, vel virginitatis amissa, quoniam fit animo donandi.

Ex quibus infero quod a minore etiam constitui possunt arthae hae nostri tex. quia facit quicquid homo quilibet major fecisset, promittitque eas in premium & remunerationem virginitatis nobilitatis vel alterius causae, & in pecunia, vel in re quae servando servari non potest, promittuntur, secus vero & si in re immobili promitterentur, quia tunc decretum iudicis requireretur, secundum Anton. Gom. hic n. 14. & tradit Suarez, in d. tit. De las arras, §. sed utrum minor. fol. 39. & glos. mag. in d. l. 1. tit. 1. par. 4. quod

& receptus in dote asserit Covar. in pract. c. 28. n. 10. in prin. si tamen, secundum eum ibi, post donationem artharum, etiam in immobili re consentientium, transeat quinquennium post ratem perfectam viginti quinque annorum, confirmata talis datio, secundum Anton. Gom. hic, num. 14. versio. unum tamen est, & idem esset si iuramentum interveniret ex parte minoris in tali artharum promissione intra metam nostri text. facta, quia tunc etiam valeret ex text. & ejus materia in authent. sacramenta puberum. C. si adversus vend. & ibi Gutierrez numero 23. pag. 303.

Ibi, De la decima parte de sus bienes. Intellige tamen, prius deducto ere alieno, & quoniam ante bona dici non possunt, prout asserit Montalvus in d. l. 1. tit. De las arras, lib. 1. fori, quem sequitur, ibidem Suarez versio. nota tamen secundum, fol. 34. ubi & optime declarat, quae dicantur esse in bonis, & in versio. nota primo, breviter elserit unde hoc originem habuerit, & in proposito Rebas l. bonorum 49. pag. 360. versio. & sic cum sequent. tit. de verb. sig. aliqua tradit, & Ayora, de partit. c. 7. n. 19. & 20. & faciunt etiam dicta d. in l. supra proxima, ubi remissive tractantur in taxa illius legis facienda, ubi sit alienum deducendum: Et si habet bona libera, inspicitur valor eorum, si vero bona sint refectioni subiecta valor tantum usufructus aestimabitur, secundum Palac. Rub. in repetitioe rubr. §. 2. Rom. 5. in principio. & an officium Reclorae vel tabellionatus & eorum valor sit in computatione hac attendendum tangit Avend. Respon. 38. & tenendum est quod sic, quia in legitimis imputatur, & secundum quod dicemus volente Doo in l. 29. Taur. & per consequens officia iustitiae habita a Rege, ut auditor Regius vel Correo civitatis, haec enim & similia officia, quae non venduntur neque renuntiantur, neque in legitimam imputantur, secundum Avend. ibi, & Covar. lib. 3. var. c. 19. in fine, & Anton. Gom. l. 29. Tauri. n. 21. & ibi Tellus n. 6. & 7. Baeca, de dotibus c. 26. nu. 14. non considerantur neque aestimantur ad hanc decimam partem, & praesertim cum sint amabilia ad placitum Principis, & plus in eis aliquando expenditur quam valeant fructus eorum, & faciunt dicenda in l. 5. tit. 9. lib. isto infra in glos. 2. & tenet expresse Avend. Respon. 38. in fin. Sed an si ante matrimonium contractum fiat artharum constitutio, excedi poterit meta nostri tex. & in hoc Baeca allegando Suarez in tract. de non meliorand. filiar. c. 20. n. 14. & c. 21. n. 1. asserit posse, est tamen contra legem nostram, & dictam legem fori generaliter loquentes tam ante quam post matrimonium contractum, arthaeque non nisi ad matrimonium contrahendum constituantur, a communiter accidentibus, & si ante ferret & valeret metam nostrae legis excedendo, facilliter eluderetur lex nostra, & illa fori, & fraudibus via aperiretur, neque Suarez, quem ibidem Baeca pro sua opinione allegat, loquitur in hoc casu, sed in casu solum in quo per viam venditionis aliquis mulieri alicui remota fraude, venderet majorem partem bonorum suorum, & post multam venditione facta duceret illam in uxorem, hoc enim non est contra nostram legem, & fieri potest & valet, secundum Palac. Rub. in rubrica, §. 24. n. 4. & post haec tradit Matienço hic, glos. 2. nu. 10. nisi dicamus Baecam

ubi

ubi supra, loqui quoties fraude remota promittuntur arthae per totum aliquem qui tunc non sperabatur, quod esset ejus maritus. Sed an per pauperem possint arthae promitti solvenda in tempus, quod bona habuerit: & dic quod sic, secundum Suarez ubi sup. §. nota ulterius. Et an iuramento validetur nostrae legis renuntiatio & dictae legis fori, & licet aliqui tenuerint quod sic, ut licet videre ex Ayora, in tract. de partitionibus 1. par. c. 7. n. 19. contrarium tamen est tenendum, propter praedictum ex tali renuntiatione consanguineis promittentis obventurum, & quia lex reprobat, & asserit, & resistit tali renuntiationi, & sic ut brevitate consulamus, hanc tenent plures dicentes eam veram receptam & magis communem relati per Matienço, hic glos. 3. num. 6. & 7. & per concivem nostrum Doctorem Gutier. in repetitioe authenticae Sacramenta puberum n. 44. C. si adversus vend. & in tract. de juram. cons. 1. par. c. 14. num. 2. & Villalobos in verbo artha, in evario, num. 251. & certe post haec vidi Matienço hac dicentem & scribentem, glos. 5. nu. 2. cum seq. aliquibus, & fateor coram Deo & hominibus cum me nunquam vidisse usque nunc post mea multum, neque ipse mea videre potuit, & in multis quasi eisdem verbis in scripturis concordamus, & sic licet valor multa omittam, alia tamen referam, ne videar transire velociter, & sine fide, & qualiter ista decima pars aestimabitur, si promittatur per possessorem majoratus uxori suae, & tradit optimè Molina de primogeniis, lib. 1. c. 19. num. 411. & Menes. in authentica, res qua num. 30. C. communia de leg. ubi quid si maritus est dux vel comes, & novissime Ayora, in tract. de partitionibus 1. par. c. 7. num. 26. fol. 32. Et cui incumbat onus probandi, quod excedit decimam partem & sic metam nostri text. artha promissa, tractat Ant. Gom. hic sub l. 51. Taur. num. 13. & Cov. lib. 2. var. c. 6. num. 7. quos refert Baeca, de non melior. filiar. c. 36. num. 15. & Peleaz in trac. majoratus 1. p. q. 51. num. 2. cum seq. & Gutier. in d. tr. de juram. 1. par. c. 1. n. 21. Matienço hic glos. 2. num. 7. & 9. & Ayora, in d. c. 7. num. 27. fol. 52. & num. 29. & 39. Ex quibus omnibus si bene inspexeris deduco veram & tenendam conclusionem scilicet, quod si ipsa uxor vel haereditas ejus arthas petant ab haereditibus mariti, & contradicatur, ipsi tenebuntur probare qualitatem hanc & quod non excedunt arthae metam nostri tex. quia ipsa mulier vel haereditas ejus petendo certam quantitatem artharum, censetur allegare ad proprie petitionis fundamentum qualitatem illam, scilicet, maritum tot bona habuisse, quod suffecerant ad arthas illas constituendas intra decimam partem bonorum, cum aliqui ultra decimam hanc constitutionem non valeat, sed si maritus vel haereditas ejus petent quod arthae promissa & datae excederunt metam nostrae legis, ipsi ex dicta ratione tenebuntur probare legem, & sic ille, qui petit & actor est sustinet probandi onus, & poterit tunc excessus probari, vel per testes, vel per instrumenta, vel aestimum libri, si forte de consuetudine, aut statuto bona civium soleant alibrari. Sed an in totum vitabitur artharum & promissio, vel in excessu tantum, & dicendum est, quod tantum in excessu, quia utile per inu-

tile non vitatur, cum separabilia dividua sint, & in expulso tenet Suarez hic, versio. nota ulterius, fol. 25. & in casu in quo individuum esset id quod promissum est pro arthas, cum aestimari possit, adhuc tunc non vitabitur utile, secundum Castillo hic num. 8. licet aliis in re indivisibili procedat regula illa utile per inutile vitatur, secundum Din. ibi de reg. jur. in 6. & per Jaf. lae in l. 1. §. penult. num. 4. usque ad. 22. ff. de verb. oblig. & in repetitioe l. admonendi num. 49. ff. de jur. jurando & dicemus in l. 16. Taur. quae est l. 7. tit. 9. infra isto lib. & an arthae promissae veniant ad computationem valoris tertii & quinti pro melioratione & uni ex descendentiibus assignati, tangit Tellus in l. 19. Taur. num. 12. Et quod tempus inspicendum sit in artharum datione & vel promissione, ad videndum an meta nostri text. excedatur nec ne, Suarez rellatus per Baecam de dote c. 31. n. 10. inquit, quod tempus promissionis, cum maritus eo tempore habeat bona, si tamen bonis careat, ipsi spectetur tempus praestationis non vero promissionis, ut tenet ibi Baeca & Palac. Rub. per eum allegatus & Castillo, hic num. 9. qui sic est intelligendus, ex quo inferat Baeca, ubi supra num. 12. quod si tempore quo maritus dedit arthas, possidebat facultates magnas & iam post minuantur, artharum constitutio non minuitur, sed est solvenda inspectis bonis, quae bona si possidebat tempore constitutionis artharum, poterit tamen maritus & promittere arthas de bonis futuris, quae habuerit sicut de praesentibus, ut per Ayoram in tract. de partitione 1. par. c. 7. num. 17. & sic secundum eum ibi, si arthae promissionis tempore excedebant decimam partem bonorum per maritum tunc habitorum, si inspectis bonis post acquisitionem non excedat, valebit artharum promissio dicta, Et an marito vergente ad inopiam & poterit uxor petere arthas sicut poterit dotem, vide Ayoram, in dicto c. 7. num. 22. allegantem Suarez in dicto tit. De las arras, versio. pone quod maritus, ubi & in versio. sequenti quarit Suarez an hypothecaria competens pro donatione propter nuptias, competat etiam & privilegiata & pro arthas, de quo optime per Fannum de pignor. 2. par. 4. memb. num. 63. cum 3. sequentibus, & Ant. Gom. l. 53. Taur. num. 41. & Covar. in 4. 2. par. c. 3. §. 7. num. fin. & an vendicet & arthas uxor, vide per Castillo hic num. 6. & quid si promittens arthas non habeat filios, an possit metam nostri tex. excedere, dic quod non & cum Baeca de non meliorand. filiar. c. 9. num. 83. & quid si filios habeat prioris matrimonii, an possit totam decimam partem, excedentem tamen de quinto bonorum promittere, & concivem noster Doctor Gutierrez in dicto tract. de juram. confirm. c. 14. num. 7. & fin. inquit quod non, & eo tacito tenet Spin. in Speculo restam. glos. 18. princip. num. 94. cum 2. sequentibus: mihi tamen aliud videtur, quia artha non est proprie donatio, cum fiat ob causam & in remunerationem & premium virginitatis vel nobilitatis, & sic in eo quod non excedit remunerationem, non est proprie donatio, secundum quod inquit Castillo hic num. 9. Concer. 2. & 3. in eo tamen quod excedit merita, non poterit excedere quantum, quia esset mera donatio, quae liberis existentibus